Diözese Passau / Salzburg, 

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Iterum secundo abiit et oravit dicens: Pater mi si non
potest hic calix transire nisi bibam illum fiat voluntas
tua. Et venit iterum et invenit eos dormientes. Erat
enim oculi eorum gravati. Et relictis illis iterum abiit
et oravit tertio eundem sermonem dicens. Tunc venit
ad discipulos et dixit illis: Dormite iam et requies
cite. Ecce appropinquavit hora et filius hominis tradetur
in manus peccatorum. Surgite eamus. Ecce appropinqua
vit qui me tradet. Adhuc ipso loquente ecce iudas unus
de duodecim venit et cum eo turba multa cum gladiis
et fustibus missi a principibus sacerdotum et seniorib; ple
bis. Qui autem tradidit eum dedit illis signum dicens
Quemcumq; osculatus fuero ipse est tenete eum. Et con
festim accedens ad iesum dixit. Ave rabbi. Et osculatus
est eum. Dixitq; illi ihesus. Amice ad quid venisti. Tunc
accesserunt et injecerunt manus in iesum et tenuerunt eum.
Et ecce unus ex his qui erant cum iesu extendens ma
num extraxit gladium suum et percutiens servum pon
tifis sacerdotum amputavit auriculam eius dexteram.
Tunc ait illi iesus. Converte gladium tuum in locum suum.
Omnis enim qui acceperit gladium gladio peribit. An
putas quia non possum rogare patrem meum et exhi
bebit mihi modo plus quam duodecim legiones an
gelorum. Quomodo ergo implebuntur scripture quia sic
oportet fieri. In illa hora dixit iesus turbis. Tamquam
ad latronem existis cum gladiis et fustibus comprehendere
me. Cotidie apud vos eram docens in templo et
non me tenuistis. Hoc autem totum factum est ut imple
rentur scripture prophetarum. Tunc discipuli omnes relicto